



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1063. Usque Ad Annum 1100

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1761**

**VD18 90117964**

§. 10. Literæ datæ de Excommunicatione Regum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66363)

Sæculum XI. in quo Achardus Sedis Arelatensis in-  
 A. C. 1081. for depositus, eique Gibelinus subroga-

tus. In eodem Concilio Antelmus Ar-  
 chiepiscopus Embrodunensis, Hugo Epi-  
 scopus Gratianopolitanus & Desiderius  
 Cabellionensis electi; quos a Legato Ro-  
 mam deductos Papa consecravit. Ar-  
 chiepiscopum vero Narbonensem Gui-  
 §. 20. fredum, Præfulatu indignum, multoties  
 excommunicatum anno millesimo se-  
 ptuagesimo nono mors abstulit, eique

Dalmatius Canonice successit. At Be-  
 rengarius Vicecomes Petrum filium  
 VII. ep. 16. suum in hanc Sedem intrudere conaba-  
 Catal. mem. tur, & conjecturæ locus est, eundem  
 lib. 5. p. 781. esse, in quem prius lata depositionis Sen-  
 tentia in Concilio Romano confirmata.

§. X.

*Litteræ datæ de Excommunicatione  
 Regum.*

Eodem anno millesimo octogesimo pri-  
 mo Gebhardus Archiepiscopus Sa-  
 lisburgensis ad Hermannum Episcopum  
 Metensem epistolam dedit, cujus hoc  
 est initium: *Bis jam missis ad me nunciis  
 interrogasti, quid in hac divisione Eccle-  
 siæ sentiendum sit, ut iis, qui contrarium  
 tenent, respondere valeas.* Tum statum  
 quæstionis exponit in hunc modum:  
*In causa præsentē illud solum tenemus,  
 quod Ecclesia semper usque ad infelicia bac*

tempora credidit; nimirum cum excom-  
 municatis non esse communicandum, cum  
 tamen Adversarii nostri a communione eo-  
 rum non abstineant, & doceant non esse  
 abstinentum. Hæc diffidiorum & seditio-  
 num causa. Probat deinde Excommuni-  
 cationis Censuram valere, usque dum  
 post examen Canonicum tollatur. Da-  
 mnat iniquitatem Schismaticorum, qui  
 Wormatiæ Gregorium Papam nec con-  
 victum, nec auditum, & ne quidem vo-  
 catum deposuerant. Hæ sunt, inquit,  
 discordiæ origines; ideo, quod Adver-  
 sarii faciunt, cum iis non communica-  
 mus, ideo nec Papam rejicere, nec alium,  
 ipso superstite, & in Ecclesiæ communi-  
 one existente, recipere audemus.

Quia vero Catholicis & ipsi Papæ  
 objiciebatur, quod fidem Regi Henrico  
 juratam violassent, mire se torquet, ut  
 respondeat. Dicit, juramentum, quod  
 Episcopi in sua Ordinatione Papæ præ-  
 starent, illi Sacramento esse præponen-  
 dum, quo se Regi obstrinxissent. Nun-  
 quam fidem Regi debitam melius serva-  
 ri, quam si ei fideliter serviatur; neuti-  
 quam autem fideles dici posse subditos,  
 qui criminum, quibus Princeps se illiga-  
 ret, conscii essent, & malis consiliis in  
 suam perniciem impellerent. Juramen-  
 ta contra justitiam edita non valere.  
 Tandem tempus advenisse, quo Catho-

Ff 4                      lici

Sæculum XI.  
 A.C. 1081.

p. 15.

p. 17.

p. 20.

p. 24, 25.

Sæculum XI. A.C. 1081. lici ad rejiciendum Papam compelle-  
rentur, si Principi fideles haberi vel-  
lent. (\*)

Ex his Responsionibus Gebhardus ne-  
quidem statum quæstionis intellexisse vi-  
detur; neutiquam enim, ad servandam  
Regi suo fidem, necessarium erat, obe-  
dientiam Pontifici debitam denegare.  
Regi obediendum erat in Temporalibus,  
& Papæ in Spiritualibus. Regi scelus  
imperanti non erat obtemperandum;  
unde tamen male inferebatur, nullum  
amplius obedientiæ genus ipsi præstan-  
dum esse. Vetitum erat cum eo com-  
municare in rebus ad exercitium Reli-  
gionis pertinentibus, non vero in iis  
obsequiis, quæ ad Rempublicam admi-  
nistrandam necessaria erant. Rationi  
consentaneum erat, Henricum haberi  
excommunicatum, Gregorium Legiti-  
mum

(\*) In Historia Salisburgensi lego: Porro  
Gebhardus quanto antea Cæsari charus...  
tanto post Wormatiensia Acta magis inuisus  
iram ejus gravissimam incurrit. Nec mora:  
violenta a Cæsaris factione secuta irruptio...  
hinc actæ ex ipsis Ecclesiis prædæ, expilata ci-  
vitas, vastata arva, cæditus etiam & incendiis  
passim sævitum &c. Et infra: Interim Geb-  
hardo absente in Salisburgensem Cathedram a  
Cæsare intrusus, exercitatus Ecclesiarum præ-  
do Berchtoldus &c.

num Papam, & Guibertum Antipa-  
 pam, atque etiam affirmare, cum ex-  
 communicatis non esse communican-  
 dum; sed inde erui non debebat, Hen-  
 ricum non amplius Regem existiman-  
 dum esse. Nec etiam in tota hac epi-  
 stola, quæ est admodum longa, Gebhar-  
 dus ullum argumentum potestatis Eccle-  
 siæ in Bona Regum temporalia datæ af-  
 fert, aut id omnino probare conatur. (\*)

Sub idem tempus Gregorius Papa,  
 data ad Hermannum Episcopum Meten-  
 sem altera epistola, illis respondit, qui  
 orto inter Henricum & Pontificem Ro-  
 manum schismate affirmabant, nec Re-  
 ges excommunicari posse, nec eorum  
 Subditos a jurejurando fidelitatis absol-  
 vi. Repetit eadem argumenta, quæ in  
 epistola sua anni millesimi septuagesimi

Sæculum XI,  
 A.C. 1081.

De Excom-  
 municatione  
 Regum.

Sup. lib.  
 LXII. §.30.

Ff 5                      sexti

(\*) In aliquo tamen casu deponi se posse  
 Henricus putabat; nam in epistola ad S. Gre-  
 gorium VII. post Decretum Brixionense data,  
 quam, ut ait Palatius, temulentus scripsit, di-  
 cit: *Quem (Regem) Sanctorum Patrum tra-*  
*ditio soli Deo judicandum docuit; nec pro ali-*  
*quo erimine, nisi a Fide (quod absit) exorbita-*  
*verimus, deponendum coasseruit.* In fine epi-  
 stolæ subdit: *Tu igitur . . . descende, vendi-*  
*catam tibi Sedem Apostolicam relinque . . .*  
*Ego Henricus Rex Dei Gratia, cum omnibus*  
*Episcopis nostris tibi dicimus, descende, descende.*

Sæculum XI sexti adhibuerat, & adjungit exemplum  
A.C. 1081. Arcadii Imperatoris, a S. Innocentio Pa-

p. 270. pa excommunicati, quod S. Joannem  
tom. 2. Conc. Chrysostrum de Sede sua pelli non  
p. 1307. prohibuisset. Verum S. Innocentii epi-

Hermant.  
vit. S. Chrys.  
lib. IX. c. 2.

stola, in qua excommunicatio ista legi-  
tur, ab omnibus viris doctis ut apocry-  
pha rejicitur, & quamvis etiam esset ge-  
nuina, in ea Arcadius solum excommuni-  
catur, a Dignitate Imperiali autem non  
deponitur. De quo præcipue in causa  
Henrici Regis agebatur. Dicit deinde  
Gregorius VII. *Major potestas Exorci-  
stæ quam cuiquam p[ro] Principi Laico tribui-  
tur; quippe Reges & Principes, quia ad  
Christianæ Religionis præcepta mores suos  
non componunt, Demonum sunt mancipia.  
Si ergo Exorcistæ imperium in Demones  
acceperunt, cur non multo magis in De-  
monum mancipia & membra? si vero  
Exorcistis hoc dominium est, cur non ma-  
jore jure Episcopis? Tum potestatem  
remittendi peccata & Sacramenta con-  
ferendi extollit, ut ostendat, quam alte  
Sacerdotes supra Reges positi sint. Et  
subjungit: *Tandem boni Christiani, cu-  
juscunque ordinis sint, potius Reges babe-  
ri merentur, quam mali Principes. Illi  
enim Dei gloriam quærentes, sibi ipsis do-  
minantur, hi proprio lucro inbiantes, ad-  
versarios suos more tyrannorum oppri-  
munt. Illi membra sunt Jesu Christi,*  
bi*

*bi vero Diaboli.* Quid vero exinde se-  
 queretur, nisi Reges impios a nemine  
 pro Regibus haberi debere. Sed hære-  
 lis esset, & idem de malis Episcopis dici  
 posset. His Papa, ut Reges humilita-  
 tem doceat, adjicit; paucos ex Regio  
 ordine reperiri Sanctos, sed plurimos  
 gravissime peccare, & onus pœnitentiæ  
 refugere. Dicit, Sacram Sedem Episco-  
 pos, qui eam tenent, Sanctos efficere,  
 atque ad hoc probandum citat Symma-  
 chi Papæ Decreta, nempe Ennodii Apo-  
 logiam, quam suo tempore retuli. Ve-  
 rum obstupescendi locus est, Pontificem  
 hoc paradoxum dediscere non potuisse,  
 postquam tot Papas summo fastigio in-  
 dignos Sæculum X. tristi exemplo osten-  
 disse.

Sæculum XI.  
 A.C. 1081.

Sup. lib.  
 XXX. c. 55.

§. XI.

*Jura Papæ in omnia Regna.*

Gregorius VII. non solum sibi persua-  
 sum habebat, ad servandum con-  
 gruam rerum ordinem Potestatem Sæ-  
 cularem Spirituali oportere esse subje-  
 ctam, sed etiam Titulos peculiare sibi  
 esse credebat, quibus omnia Europæ Re-  
 gna sibi obnoxia redderet. Quod spe-  
 ciatim ex ejus epistolis monstrabo.

Primo dicebat, Jus sibi esse dandi  
 Imperium Occidentis cum corona Cæ-  
 sareæ; & hoc procul dubio causa est,  
 quod

Mabill. Di-  
 plom. II. c.